

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuicium i (1)
cum fontibus proximo et primo

Malis displicere laudari est.
Nullam auctoritatem habet sententia
ubi qui dampnatus est dampnat.

Male de me loquuntur
homines
qui bene nesciunt loqui.
Faciunt non quod mereor sed quod solent.

Seneca LXXVII. epistola.

S[ecuritas]:
‘Malis displicere est laudari.
Nullam auctoritatem habet sententia,
ubi qui dampnandus est dampnat.

Male de me loquuntur
qui bene nesciunt loqui.
Faciunt non quod mereor sed quod solent.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium
dogma philosophorum*, I.C.3 (J. Holmberg ed.,
pp.33-4, ll.25-26, 1-2).

Sed mali movere, si de me Marcus [Cicero, si]
Cato, si Laelius sapiens, si alter Cato,
si Scipiones duo ista loquerentur: nunc
malis displicere laudari est.
Non potest ullam auctoritatem habere sententia,
ubi qui damnandus est, dampnat.
“Male de te loquuntur.”
Moverer, si hoc iudicio facerent:
nunc morbo faciunt.
non de me loquuntur sed de se.
“Male de te loquuntur.”

Bene enim nesciunt loqui.
faciunt non quod mereor, sed quod solent.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*,
7.1-2 (F. Haase ed., p.450).